Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift

carere diuitiis diu tias non creasset in mundo. quan
tomagis difficile erat pplo iudaico diuitias secdm omnes di
uitias legis persuadere. ut relinquerent diuitias legis & toti
iudaici cultus quos a deo susceperat. Dicebant enim. Si deus
uoluisset legem contempni & templum. & illa omnia non cum
tanta ratione & diligentia tradidisset. Populum autem gentium
idem camelum facile est per foramen acus intrare idem per angu
stum ostium. de quo scriptum est. Contendite intrare per angustum
ostium. Quare. Quia omnis cultura gentium uana & irratio
nabilis erat. A cultura autem irrationabili homines rationa
bilem non erat magni laboris ad cultum dei uiui conuertere.
Et si gentes cum tanto labore ab irrationabilibus deorum suorum
diuellunt culturis. quanto magis iudei difficilius euellunt
a rationabili dei culturis. Ideo dicit. Facilius est camelum
per foramen acus transire. quam diuitem intrare in reg
num celorum. Turbati sunt autem discipuli eius dicentes. Et
quis potest saluus fieri. Quibus respondit. Apud ho
mines hoc impossibile est. apud deum autem omnia
possibilia sunt. Et uere quantum ad homines incredibile &
impossibile fuit pplm iudeorum posse saluari. quod post tot pec
cata actuum iniquorum post tantas idolatrias. post tot pphe
tarum occisiones. nouissime & ipsum deum celi & terre quan
tum ad se occiderunt. si apud dm possibile factum est. Quo